adest rariſsimus ſpiculis cryſtallinis quaſi undique obſitus. ê Renibus, Veſicâ, Hepate, ac Cyſtide fellea deſumpti, et derivati tam Hominum, quàm Animalium.

Sectio IV.

De Lapidibus Exoticis, cum cultro Lapideo, aliisque ratioribus.

§. 20.

Lapides Exotici. Pumex. Schiara.

Lapides Exotici: Lapides ab igne ſubterraneo perusti, ac iterum indurati: Pumex. Schiara, ſeu Chiara tam Montis Veſuvii, quàm Aethnae in Siciliâ nigricantes, ruſeſcentes. variegatae ê pluribus coloribus ſeu Flores, aut ſubtiliſsimae.

Lapis Cobras.

21. Lapis Cobras de Cabelo Redi. p. 3. t. 2. Bezoar mineralis ê Sicilia. Bocc. p. 226. Ceraunia vulgares, ſeu cuneatae, vel potiùs arma offenſiva et defenſiva antiquorum Populorum Septentrionalium. Fluor Saponarius, ſeu Terra Cimolia dicta. Aetites cum ſuo callimo diverſae ſpeciei

Culter lapideus.

22. Culter lapideus antediluvianus. Lebetes ê lapide Comenſi formati: ferro armati, et ſine armatura. Opus muſivum in agro Tigurino inventum. Quibus adduntur duo Papiliones elegantiſsimi, praeſertim unus alpinus diaphanus in ſummitate montis Pileati captus. cum Pyxide ligneâ Tabaci Scotorum alpinorum Hoſländer dictorum, cum quodam Idolo Aegyptiaco.

Caput II.